

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sanctitas uel sanctus z
cum uariis

O lucerna digne super candelabrum ecclesie posita que late catholicis urbibus de septiformi ligno pastum oleo leticie lumen effundens densas licet hereticorum caligines discutis et lucem ueritatis a confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis enubilas! Os enim tuum fistulam aque uiue et uenam fontis eterni merito dixerim, ac fons aque uiue salientis in uitam eternam cuius desiderio sitiuit in te anima mea et ubertate tui fluminis inebriari terra mea concupiuit.

Paulinus in epistola ad Augustinum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Sanctitas uel sanctus z] Sanctitas uel sanctus ab P V¹ V² L¹ L²; licet *om.* L¹ L²; fistulam] fustulam V¹; fons] fontem P V¹ V² L¹ L²; Augustinum] eugenium P V¹ V² L¹ L²